

/His rebus constitutis\

**Caesar** ad portum Itium cum legionibus pervenit.

Ibi cognoscit

LX (= sexaginta) naves,

quae in Meldis factae erant,

tempestate reiectas<sup>1</sup>

cursum<sup>2</sup> tenere non potuisse atque

eodem unde erant profectae revertisse<sup>3</sup>;

reliquas paratas ad navigandum<sup>4</sup> atque omnibus rebus instructas<sup>5</sup> invenit.

Eodem equitatus totius Galliae convenit,

numero milium quattuor<sup>6</sup>,

principesque ex omnibus civitatibus;

ex quibus perpaucos<sup>7</sup>,

quorum in se fidem perspexerat,

relinquere in Gallia,

reliquos obsidum<sup>8</sup> loco secum ducere decreverat<sup>9</sup>,

quod,

cum ipse abesset,

motum<sup>10</sup> Galliae verebatur.

1. *re-icio(-ieci, -iectum)*:

hier: verschlagen

2. *cursum, us (m)*:

hier: Kurs

3. *revertor, reverti, reversus*:

zurückkehren

4. *navig-o (-avi, -atum)*:

zu Schiff fahren, segeln, mit einem Schiff fahren

5. *instructus, a, um*:

hier: versehen

6. *numero milium quattuor*:

4000 Mann

7. *perpauc(ul)i, ae, a*:

sehr wenige, nur ganz wenige

8. *obses, idis (m)*:

Geisel

9. *de-cresco (-crevi)*:

abnehmen, sich vermindern, weniger werden

10. *motus, us (m)*:

hier: Unruhen

### Legende:

Subjekt = **Caesar**

Prädikat = **pervenit**

Infinitiv = tenere

Partizip = constitutis

Ablativus absolutus = / ... \

Gerundium = ad navigandum

AccI(Accusativus cum

Infinitivo) = cursum tenere

non potuisse

Vokabelangabe = reiectas<sup>1</sup>

### Übersetzung:

Nach Regelung (beschließen) dieser Angelegenheit traf Caesar mit den Legionen im Hafen von Itius ein.

Dort erfuhr er, dass ein Sturm 60 Schiffe, die im Gebiet der Meldi gebaut worden waren, verschlagen hatte, so dass sie ihren Kurs nicht halten können und zu ihrem Ausgangspunkt zurückgekehrt waren; die übrigen fand Caesar mit allem versehen zum Auslaufen bereit vor.

Auch die 4000 Mann starke Reiterei kam aus ganz Gallien nach Itius, dazu die führenden Adligen aus allen Stämmen; Caesar hatte beschlossen, nur ganz wenige von ihnen, deren Treue ihm gegenüber er genau kannte, in Gallien zurückzulassen, die übrigen jedoch gewissermaßen als Geiseln mitzunehmen. Er fürchtete nämlich, dass in seiner Abwesenheit in Gallien Unruhen ausbrechen könnten.